Universitätsbibliothek Paderborn

D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi, Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m] patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt clerici ab alienis iudicibus non constringantur. cc.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Visual Library

ſerie allegare, eamque manibus veſtris roboratam, ſynodo ſacræ porrigere, vt conuenienter & canonicè vobis valeat reſponderi. Et tūc ipſi fratres libellum conſcribētes, eique ſua nomina ſubſcribentes, porrexerunt. Hincmaro epiſcopo, qui, tunc vnà cum Vveuilone Senenſi archiepiſcopo, & cum Amalrico Turonenſi æquè archiepiſcopo, ſub pręſentia glorioſi regis Caroli qui ſynodo pręſidebat.

De clericorum accuſatoribus, ſi vnum ex obiectis probare non potuerint, ad cætera non admittantur. Cap. CXCVIII.

ITEM placuit, quotienſcunque clericis ab accuſatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex ipſis de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cętera iam non admittantur. *Ex cōcil. Africano, ca. 75*

De epiſcopo aut presbytero, ſi cauſa criminalis eis reputatata fuerit, quomodo ſe expurgare debeant. Cap. CXCIX.

SI epiſcopo aut presbytero cauſa criminalis, homicidiū, adulterium, & maleficium reputatum fuerit, in ſingulis Miſſam tractare debet, & ſecretam publicè dicere, & communicare, & de ſingulis ſibi reputatis innocentem ſe oſtendere. Quod ſi non fecerit, quinquennio à liminibus Eccleſiæ extraneus habeatur. *Ex cōcil. Vvormacië. ca. 8.*

Vt clerici ab alienis iudicibus non conſtringantur. Cap. CC.

IN clericorum cauſa huiuſmodi forma ſeruetur, vt nequaquā eos ſententia non à ſuo iudice dicta cōſtringat. *Ex decr. Adriani papæ, ca. 38.*

Criminantem iniuſtè, & non probantem, verberibus publicè caſtigandum; & in exilium deportandum. Cap. CCI.

QVVM fortius punienda ſint crimina, quæ inſontibus & maximè ſacratis ordinibus ingeruntur, quā ſitis culpabiles omnes, qui in cauſa Ioannis diaconi reſediſtis attendite, vt Hilarum criminatoré ipſius, nulla ex definitione veſtra pœna veniens caſtigaret. Nec illud ad excuſationem veſtram eſſe credatis idoneū, quòd vobis quaſi iudicare volētibus ſolus frater, & coëpiſcopus noſter Paſchaſius dicitur detuliſſe. Nam ſi zelus in vobis rectitudinis viguiſſet, facilius vni à multis rationabiliter ſuaderi, quàm multi ab vno poterant ſine cauſa differri. Quia ergo tantæ nequitiæ malum ſine digna non debet *Ex regu. ad Antemiū ſubdiaconum campan. cap. 201.*